Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

umme sacerdos & uere pontifex qui te obtulisti deo patri hostiam puram & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus. qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum. & sanguinem tuum ad bibendum. & posuisti mysterium illud in uirtute spiritus sancti dicens. Hoc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis. rogo per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostre pretium. rogo per hanc miram & ineffabilem caritatem qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es. ut nos lauaris a peccatis nostris in sanguine tuo. doce me indignum seruum tuum que etiam inter cetera dona tua ad officium sacer